

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ipocrisis al
cum fonte primo

Lupus tectus pelle ouina per uocem cognoscitur,
et per actum ovis balat inclinata deorsum,
lupus ululat contra celum.
Hoc superbie, illud humilitatis signum;

ouis herbam manducat, lupus carnem.

Crisostomus ibidem (Mattheum VII.).

Si quis lupum cooperiat pelle ovina, quomodo cognoscas illum, nisi aut per uocem,
aut per actum? Ovis inclinata deorsum balat,
lupus in aera convertit caput suum contra caelum, et sic ululat.

Qui ergo secundum Deum uocem humilitatis et confessionis emittit, ovis est:
qui uero aduersus ueritatem turpiter blasphemias ululat contra Deum, lupus est:
sicut dicit propheta de illis:

Iniquitatem in excelso loquuti sunt, posuerunt in caelum os suum (Psal. 72. 8. 9).

Ovis herbas manducat, lupus carnibus delectatur.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaenum*, 19 (PG 56, col.739).